



Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

17. De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

qui delictum carnis in Ecclesia patrant; saltem si exinde ipsa polluantur, & reconciliatio ne indigeat. Qualiter autem generaliter puniantur illi, qui Ecclesias violent, iisque injurias inferunt *Tit. seq.* dicemus.

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiarijs & Violatoribus Ecclesiistarum.

S U M M A R I A.

1. Raptore quinam dicantur?
2. Quod ex confidentia turus sui & violenter aliquid ab altero excoquunt, de Jure perdunt res donum, vel creditus? Et quid de coniunctuam?
3. Rapina quomodo differat a furto?
4. Quomodo cruxlittera agatur pro rapina?
5. Pena criminalis rapina que sit?
6. Pirata incendii in excommunicationem Bulla Canonice Domini.
7. Pena incendiatorum offignis de Jure Criminis: Et quomodo hoc procedatur?
8. Si non dolo, sed negligentiâ aliquum ortum sit incendium, datur actio Criminis ad compensationem damni.
9. Pena incendiarij de Jure Canonico. Et quid satisfactio etiam ejus hereditibus inbumbat?
10. Qui dicuntur Violatores Ecclesiistarum?
11. Furtum, seu rapina res sacra, e loco sacro, Sacilegium est.
12. Pena rapina vel furti sacrilegi pro qualitate delicti varia.
13. Pena de Jure Canonico Ecclesiistarum res vel fura in caderibus statuta.
14. Injuria SS. Sacramento Eucharistiae illata gravissimum Sacilegium, Et pena ignis expiandum est.
15. Hereticus tale causa, et si hereticus abjurare velit, et menulimo supplicio afficiendum est.
16. Etiam Violante Crucifixum & sacras imagines pena mortis afficiantur.

Raptores dicuntur, qui rem ab altero possellam per violentiam invadunt, & auferunt; hec autem violentia aliquando fit lucri causa à sceleratis hominibus, aliquando ex confidentia juris sui, quando

quis rem, in qua credit sibi disponere, sine judicis autoritate ab altero violentia tollit. Hujus pollentia, lenitatem pœna de Jure Civili continet etiam invasor rem ablatam ante omnia relinet, & insuper estimationem rei peripheratur, si quidem ejus res dominus non habuit; fin autem dominus, etiam dominum amittere debet, *L. seq.* in tantum. Unde *vi.* Item qui debitum à debito violenter sine Judice extorcerit, jus collaudat, & actione criminaliter intentat non parte bonorum puniatur cum infama. *Co-*

*tat. 13. ff. Quod meus causâ, & lalit ad L. Iustiam de Vi privata. In multis tamen locis præfertim haec pœnalis pœnalis domini & crediti non volunt usu recepta, sed alia pecuniaria, secundum fletu vim armatam puniri 100. impenitentia, & non armatam 50. refert. Sunt ergo in decessu superioris *Iustitia obser. 14.* Restituere vero rem ablatam etiam de modico stylo judiciorum ante omnia renuntiatur, nec auditur cum allegatione justificativa, priusquam restitucionem ex integrum faciat. *Tit. de Restitu. postea.**

Quod attinet ad alteram rapina species, quæ fit letri causa; illa quidem differt in specie proprio dicto, quod furtum ex furtu mera & intentione turpis clam fiat. *l. 13. ff. Furtus.* Rapina autem aperte & per vim mino illatam: interim etiam rapina species furti est, & raptor fur improbus detur in *l. item 14. §. 12. ff. Quod meus* causa. Ex hac porro rapina agitur vel vilitate vel criminaliter, Cruxlitteretur rei ablate restituto una cum restituunt lucrificantis & danni emergenti, insuper triplum pœna ipsi actori applicatur, id est tantum pecunia, quanto valens ablate triplo estimata, prout hac de re pœnæ agunt Interpretes in *Tit. Injicit de Vi* horum raptorum.

Criminaliter agitur contra raptore ad penas fisco inferendas, vel (quod frequenter est), cum raptore ob inopiam raro possint pecuniam praestare) ad paenam corporis infligendam, ita qui cum armis & tumultu aliena invaserit, & depravatus fuerit, capite puniri jubetur in l. 11. ff. Ad. L. Iul. de Republica. At ex Constitut. Caroli. V. a. 126. graffatores & pradones, quamvis latrocinium seu homicidium non commis-serint, similiiter morte afficiuntur. De Jure Canonico raptore excommunicantur ab Episcopo illius loci, ubi rapinam fecerint, quamvis ipsi aliena Dieceesis sint, nec absolvuntur, donec satisfacient competenter, ea-demque excommunicatione proprio eorum Episcopo significanda est, ne eos recipiat ante plenariam satisfactionem. c. 1. b. t. Specialiter vero excommunicatione reservatam ex Bulla Cœnia Domini cas. 4. & 5. ipso factio incurront piratae & omnes illi, qui navi-gantes in mari Christianos depravantur, vel naufragorum bona capiunt, de quibus erit agit Nav. in Manuali c. 27. num. 9.

Quod ad incendiarios spectat, quamgrave & calamitosum sit per incendia homini-bus nocere, quotidiana docet experientia: unde merito contra incendiarios jura poena exasperant, prout in primis de Jure Civili, qui ob inimicitias vel rapinam alienas ades incenderint, vivi exuri, vel bestiis ob-nigri jubentur, ita tamen ut dignitas perso-ne vel parvitas damni ex incendio secuti, presertim si extra civitatem, aut oppidum in villa vel casa incendium factum sit, pa-num minuant, & decapitatio vel deportatio infligatur. l. capitalium. 28. §. incendiary. 12. ff. de Panis. l. ult. ff. de incendio. &c. De Jure quoque Imperij Carolus V. in suis Constitutionibus penal. a. 125. generaliter contra incendiarios paenam ignis deter-minavit. Ob quantum textus generaliter qui-busdam videtur hodierno Jure non esse di-

stinctionem faciendam, cuius conditionis sunt incendiarii, vel quale damnum dederint, sed indifferenter cremandos esse. Verum cum inter Christianos raro soleat ad combustionem hominis vivi propter desperationis periculum deveniri, nisi ob atrocissima de-licta, & alia non sit facile priorum Jurium abrogatio presumenda, e. cum expediat. 26. de Elect. in 6. ideò humanius est hanc Carolin. constitutionem juxta priores leges civiles interpretari, & paenam pro incendio, aliquando ignis, aliquando mitiorem, con-siderat qualitate personæ, damni & loci im-ponere, prout fatis ex alijs ferè omnibus constitutionibus Carol. apparet, quod Imperat. in statuendis paenis Jus commune sequi voluerit.

Er hæc quidem ita se habent, si ut dictum est dolo & malitia incendium causatum fue-rit, si autem ex culpa & negligentia alicujus ortum sit incendium, tunc contra eum civiliis tantum actio ad compensationem datur,

& interdum etiam pro qualitate culpe paena extraordinaria non capitalis infligitur. d. l. capitalium. 6. incendiarii. vers. nam for-tuita. ff. de Panis. Quanta autem debeat esse culpa, ut aliquis ex ea ad integrum damnum relarcendum teneatur, dicemus in fe-riis in Tit. de Injuriis & damno dato. Cu-jus sit damnum, an locatoris vel conducto-ris, si domus conducta incendio flagraverit, dictum est in Lib. IV. Tit. de Locato & conducto q. 3. De Jure Canon. incendiarii excommunicandi sunt, & privandi sepulturæ à Ecclesiastica, nisi ante mortem posniturent. & absolti fuerint, qua absoluto eis dari non debet, antequam per se vel per ha-redes suos laesis competenter satisficerint. e. pessimam. 32. causa. 23. q. 8.

Notanter dico, vel per heredes, nam licet de Jure Civ. heres ex delicto defuncti conveniri nequeat, nisi ex tali delicto factus

fit

*sit locupletior, vel lis cum defuncto conte-
sta fuerit. L. un. C. Ex delictis defunctorum
in quantum heredes &c. De Jure
tamen Canon. ad exonerandam conscientiam
defunctorum, qui jure naturali tenebatur lae-
sis damnum compensare, etiam heres pro
viribus hereditariorum iisdem satisfacere tene-
tur c. in literis. s. b. t. & cum haec materia
tangat conscientiam & favorem animae, in
ea Jus Civile à Jure Canonicō correctionem
accipit.*

10 Tertia pars hujus rubrica est de Violatori-
bus Ecclesiasticis: quo nomine censem-
tur illi, qui Ecclesiis, vel rebus sacris injuri-
am inferunt, & sacrilegium proinde com-
mittunt, vel laetando immunitatem Eccle-
siarum (de qua *immunitate*, ejusque vio-
lationum peccatis diximus in Lib. III. Tit. pen-
ult.) vel rapiendo res ex Ecclesia, vel sacra
indigne & irreverenter tractando. Itaque
rapina vel furtum tunc aliam speciem mali
inducit, & sacrilegium censorum primò, si res
sacra seu ad divinum cultum destinata de
loco sacro; secundò si res sacra aut calix
consecratus de loco non sacro; tertio, si res
non sacra v. gr. in Ecclesia securitatis causâ
deposita de loco sacro surripiatur. Quam-
vis autem aliqui circa posteriora duo furtâ,
qua scilicet sunt de loco non sacro, vel rei
non sacra dubitant, an saltem de Jure Civi-
li vera sacrilegia dicenda sint, propter tex-
tum in l. divi. s. & l. sacrilegi. g. §. 1. ff. Ad
l. Ful. pecul. Communis tamen, maximè
de Jure Canon. (cui potius competit aliquid
de sacrilegio determinare) receptum est,
etiam in his duobus furtis committi *sacri-
legium*, per text. clarum in c. quisquis. 21.
causa. 17. 9. 4. & docent Sylvester, Armilla,
& Summilia communiter in verbo *Sacri-
legium*. Ratio est, quod utroque casu irre-
verentia inferatur, aut rei, aut loco sacro:
& hic accommodari potest, quod dicit J. C.

in l. aut facta. 16. §. locu. 4. ff. de furtu
locum facere, ut idem vel furtum, vel lae-
sum sit.

Eadem sententiam fecerit fin. Cet.
V. in Conflit. penal. a. 17. ubi furtum
farta, eo quo nos modo in tres classis di-
vidimus. Neque textus allegati ex Jure Can-
onicō urgent, quin responderi possit et. c.
l. Divi pro re in Ecclesia deposita Ecclesia
dari quidem actionem furti, si immunitate
vulniter agatur, non tamen negat pena
sacrilegij, si accusatio ad vindictam publica-
cam initiatuatur. Item l. sacrilegi. impo-
ndam esse de alijs privatis sacris, qui non
fortassis apud Romagos in ufo erant, non no-
rò de rebus sacris ad sacrificium Missa de-
putatis, quod specialiter publicum est.

Pœna rapina vel furti sacrilegi propria-
tate ac quantitaterei, ac modo rapinae simili
de Jure Civ. quandoque diminuta ab
belias, vel in metallum, aut deportatio fit:
l. sacrilegi. 6. ff. Ad l. Ful. pecul. maxime
vero capitis pœna statuitur in l. j.
quis in hoc genus. 10. & auct. de nov. pœ-
re. Cod. de Episcop. & Cler. contra coac-
ciōnem in Ecclesiis irruentes SS. Ministris tur-
berint, vel celebrare prohibuerint. Hoc
ex constitut. Carol. a. 172. & legg. fin. 4.
vala sacra, sive ex loco sacro, sive prestante
abstulerit, & etiam si intentione furandi se-
nuas Ecc. vel sacrilia vel alterius loci, sive
oblationes reponuntur, effregent, vel illincim
strumentis aperuerit, ultimo supplicio affi-
ciendus est, mitigato tamen vel expensi-
supplicij genere pro qualitate & gravitate
delicti ac circumstantiarum. Si quis am-
ates non ita sacras, velut candelabra, cere-
linteramina, vel res mere profanas in Eccle-
sia depositas sine effractione, aut alia us-
ferat, is ex ead. Confut. Carolin. a. 172.
gravissim quidem, quam simplex futuum con-
mittentes, puniendus est, ita tamen in hi-

gravitas rei ablatæ, famis necessitas, ætas, ac imprudentia delinquentis consideretur, ac pro diversitate circumstantiarum major vel minor pena infligatur.

I. De Jure Canon. per Bull. Cœn. art. 18. excommunicationem reservatam ipso facto incurrit, qui territoria, bona, aut iura immediate ad Ecclesiam Romanam vel Pontificem spectantia invadunt. II. Ex Trid. s. 22. de Refor. c. 11. itidem excommunicatiōnem reservatam incurrit, nec absolvuntur, nisi poli integrum restitutio[n]em, qui iusta, fructus, quasunque obventiones Ecclesiasticorum beneficiorum secularium vel regulatuum, vel priorum locorum, quovis quærito colore vel modo sibi usurpent, vel impediunt, per se vel per alios, ne in Ministrorum Ecclesie vel pauperum, quibus debentur, usum deviant. Quod si patroni Ecclesie id fecerint, etiam jus patronatis amittunt, & Clerici talia agentes insuper beneficiis priuantur, ac ad alia obtinenda inhabiles reduntur. III. Generaliter omnes, qui Ecclesiæ sacrilegè invadunt, violent, vel deprædantur, cenlurâ excommunicationis coercendi sunt: & quidem si hæc invasio vel deprædatio fiat cum invasione, effractione vel violentia, ex veriori sententia invasor ipso facto non tantum excommunicatur, sed insuper absolutionem à summo Pontifice petere, vel alium, privilegium à casibus reservatis absolvendi habentem, adire debet. Text. Glos. Panor. & DD. communiter inc. conq[ue]st. 22. de Sent. excommun. Si autem clam aliquis res sacras violentiæ abstulerit, magis inter DD. receptum est, talem non esse ipso facto, sed per fenantiam excommunicandum. Barb. in eodem c. 22. n. 2. cum cit. ibid. arg. c. ult. de Furt. ubi videatur supponi, furem rei sacræ non indigere ipso jure aliquā absolutione à censura, nisi per Episcopum fuerit excommunicatus.

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

S U M M A R I A.

1. Quid sit furturn. Et quarendo à rapina & alio inse-
csumbus differat?
2. Non tantum ipsius rei, sed etiam usus, aut posses-
sionis furturn datur.
3. Furturn alias illicium, sicutum redditur ob causam
extrema necessitatis.
4. An qui in extrema necessitate suorum fecit, postea
cum potuerit, restituere tenetur? probabilitus
affirmatur.
5. Pro furto olim dabatur tantum atio Cœsilii; pro
manifesto quadruplex; pro non manifesto tri-
plex.
6. Sed ex Constitutionibus Carol. eti. im pœna crimi-
nalis & mortis infertur.

Kkk kkk

7. Pœna

Demum sciendum est inter violentias Eccliarum & sacrilegum gravissimum censeri, quod circa SS. Eucharistiam committitur, eam surripiendo, vel alias indignè tractando, pro quo delicto pœna ignis constituta est à Carolo V. cit. an 172. Et quamvis alias ha-
retico primâ vice parcatur, si monitus pœni-
teat, & Chærès abjurare velit, cum Ecclesia non claudat gremium redeunti: si tamen ab-
usus est Sacramento SS. Eucharistie, ad ab-
jurationem non admittendum, sed primâ sta-
tim vice ultimo supplicio afficiendum con-
stitutum refert Farinac. de hæresi q. 103. n.
39. à Paulo IV. summo Pontifice, & Cleri-
cos propter hoc immane scelus degradando,
& curia seculari tradendos esse, haberur in
Lib. 2. Epist. Pij V. epist. 1. Imò non tantum
sacram Eucharistiam, sed etiam Crucifixum,
vel sacras imagines irreverenter & contume-
liosè tractantes pœnam mortis afficiendos, do-
cet Menoch. de Arbitrariis. casu 3. g. n. 3.
per text. in l. si quis in hoc genus. 10. Cod. de
Episcop. & Cler. ubi generaliter pro injuria
Ecclesiæ illata capitalis pœna statuitur.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

S U M M A R I A.

1. Quid sit furturn. Et quarendo à rapina & alio inse-
csumbus differat?
2. Non tantum ipsius rei, sed etiam usus, aut posses-
sionis furturn datur.
3. Furturn alias illicium, sicutum redditur ob causam
extrema necessitatis.
4. An qui in extrema necessitate suorum fecit, postea
cum potuerit, restituere tenetur? probabilitus
affirmatur.
5. Pro furto olim dabatur tantum atio Cœsilii; pro
manifesto quadruplex; pro non manifesto tri-
plex.
6. Sed ex Constitutionibus Carol. eti. im pœna crimi-
nalis & mortis infertur.

Kkk kkk

7. Pœna